



Burgess Burtam

1646



A C T A  
CAPITVLI PROVINCIA-  
LIS PROVINCIÆ HISPANIAE ORDINI  
Prædicatorum, celebrati in Conuentu Re-  
gali Sancti Ildefonsi Taurensis Dominica *Deus*  
*qui errantibus*, die vigesima secunda Apri-  
lis Anni Domini 1646.

SVB R. A. P. N. F. THOMA DE BVSTAMANTE MAGISTRO,  
*supremæ Inquisitionis Qualificatore, Prouinciali electo, & Vica-*  
*rio Generali eiusdem Prouinciæ.*



*Matriti, Ex typographia Maria de Quiñones. Anno 1646.*

A C T A

CAPITVLI PROVINCIÆ

ÆS PROVINCIÆ HISPANIÆ ORDINIS PREDICATORVM, celebrati in Conventu Regulari Sancti Iuliani Tarentis Dominica Die qui erat ultimus die viginti secunda Aprilis Anno Domini 1666.

SVB R. A. P. N. F. THOMA DE BERTHMANTE MAGISTRO, Iurum Facultatis Ordinarius, Provinciali electo, & Vice Conventi eiusdem Provinciae.



Actum in Episcopio Muniti de Quindoc...

13



**H A E C S V N T A C T A**  
**C A P I T V L I P R O V I N C I A L I S P R O .**  
 uinciae Hispaniae Ordinis Praedicatorum, ce-  
 lebrati in Regali Conuentu Sancti Ildephon-  
 si Taurensis Dominica *Deus qui errantibus,*  
 die vigesima secunda Aprilis Anni Domini  
 1646. Sub R. A. P. N. F. Thoma de Bustamā-  
 te Magistro, & Supremae Inquisitionis Qua-  
 lificatore, Sanctae Mariae de Atocha Priore,  
 Prouinciali electo, & Vicario Generali eius-  
 dem Prouinciae. Definientibus R. R. A. P. P.  
 N. N. M. M. F. Raphael Manso Magistro, F. Pe-  
 tro Iañez Magistro, Sanctae Inquisitionis Qua-  
 lificatore, & Primariae Cathedrae in Complu-  
 tensi Academia Moderatore, F. Ioanne Gon-  
 çalez de León Magistro, Sanctae Inquisiti-  
 onis Qualificatore, & Priore Conuentus Sancti  
 Pauli Palentini, & F. Petro Rodriguez præ-  
 sati Conuentus Sancti Ildephonsi Taurensis  
 Priore.

*Denunciations.*

**D**ENUNCIAMVS ad Nostram peruenisse Prouinciam Aethiopiae Ge-  
 neralissimi Capitali Romae in Conuentu Sanctae Mariae  
 supra

646  
4  
super Mineruam celebrati in Fello Sancti Penthecostes 14. Maij  
Anni Domini 1644. Et illa acceptamus, exceptis his, quæ cum  
Asterisco notata sunt.

Denuntiamus etiam ad Nos peruenisse litteras Conuocato-  
rias Capituli Generalis, quod erit Prouincialium, Anno Domi-  
ni 1647. in Conuentu Regali Prædicatorum Valentino cele-  
brandi.

Item denuntiamus in Capitulo Generalissimo proximo præ-  
cedenti acceptatum fuisse Conuentum nostrum Sanctæ MARIAE  
del Rosario Matritensem, secundum formam nostrarum Consti-  
tutionum, simulque Patronatum Illustrissimi D. D. Octauij Cen-  
turionis Marchionis de Monasterio, vt in præfata acceptatione  
continetur.

Denuntiamus tandem in nostro Capitulo lectum, & intima-  
tum fuisse Edictum Sanctæ Inquisitionis editum die 19. Octobris,  
Anni Domini 1643. Et admonemus iterum quod Priores, & Præ-  
sidentes Conuentuum nostrorum non tenentur illud notificare Fra-  
tribus prout in eo continetur, Feria sexta post Octauam Assump-  
tionis Deiparæ Virginis, sed ex dispositione Illustrissimi, ac Re-  
uerendissimi Archiepiscopi Damasceni, Inquisitoris Generalis  
F. Antonij de Soto Mayor, nostræ Prouinciæ concessa, illud suffi-  
ciar legere quoties in Capitulo, vel Refectorio Acta Capitulorū  
Prouincialium, & Conuentuum Ordinationis perleguntur, prout  
denuntiatum fuit in præcedenti Prouinciali Capitulo die 26. A-  
prilis, Anni 1643.

### *Absolutiones.*

**A**BSOLVIMVS omnes Superiores, & Vicarios Conuentuum  
non habentium Priores, exceptis Supprioribus de la Peña de  
Francia, de Truxilló, de Tordeillas, de Nieua, de Sahelizes, de  
Valverde, quia nuper instituti sunt. Et Supprioribus de Segouia,  
de Tauara, de san Sebastian, Sancti Thomæ Matritensis, Sanctæ  
MARIAE de Atocha, & Madrilejos propter instantes electionis  
vsque ad confirmationem, & præsentiam Priorum.

### *Acceptationes.*

**A**CCCEPTAMVS Magisterium R. P. E. Thomæ de Arogena Re-  
gentis Sancti Gregorij Vallisoletani, & Præsentatum R. P. F.  
Ioan-

*Regentis S. Thomae Complutensis et Vespertinae*

**Ioannis Martínez: & Præsentaturam Rev. P. Fr. Andréz de Auila pro numero Prædicatorum.**

**Expositiones.**

**EXPONIMVS** ad legendas sententiâs pro forma, & gradu Magisterij exclusiue R. P. F. Didacum Ramirez Lectorê Theologiæ Sanctæ **MARIÆ** de Atocha, Regentis Sancti Thomæ Complutensis, & Vespertinae Cathedralis in Vniuersitate Moderatoris.

**Præcepta ad omnes, & singulas personas.**

**M**ANDVMVS in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedienciæ, & sub præcepto formali omnibus, & singulis Fratribus huius nostræ Prouinciæ sex sequentia.

*Præceptum de non ingrediendo cellas*

*Primum.* Ne duo, vel plures Fratres Ordinis nostri coelegant simul in aliqua cella Fratrum huius nostræ Prouinciæ. Excipiunt cellas Priorum, & Magistrorum Nouitiorum pro sibi subditis; Licebit autem ingredi cellas Magistrorum huius Prouinciæ, & eorû, qui Prouincialatus officio sancti fuerint. Superiorum autem cellas ingrediantur Fratres, secundû quod Prioribus visum fuerit. Denuntiantes quod cellæ Fratrum post notificationem assignationum, quamdiu in Conuentu commorantur eodem prorsus præcepto tenentur, quocellæ aliorum conuentualium. Et simul declaramus, quod si ille cuius cellam aliqui Fratrum ingredi possunt ab ea absens fuerit, illam pro tunc non gaudere tali priuilegio, seu licentia. Poterunt autem Patres Priores, seu Præsidentes Conuentuum dispensare cum sibi subditis, dummodo non sit generalis, aut frequens dispensatio; qua post vltimum signum post completorium nullatenus fiat sine sufficienti causa, & pro qua libet vice; Idem quæ dicimus de hora duodecima, vsque ad primam horam post meridiem, quoties ad silentium pulsatur. Ab hoc autem præcepto non excipiuntur cellæ conuentuales cum in eis contigerit aliquem fratrem infirmari, nisi à Priore, aut Præsidente Conuentus esse cellam infirmi declaretur. Et tenore presentium reuocamus omnes licentias ingrediendi cellas hancque datas.

*Præceptum non ingre-  
endo curiã  
egiam.*

*Secundum.* Ne quis curiam Regiam ingrediatur, neque eius suburbana, causa etiam sacros Ordines suscipiendi, & quando ingressus fuerit se præsentet Priori, aut Præsidenti hospitij illius Curie, cui sui ingressus causas manifestet. Declarantes omnes Hospites, cuiusvis conditionis sint, ad ipsum Priorem, seu Præsidentem prædicti hospitij pertinere, quoad correctionem etiam, & punitionem. Et sub eodem præcepto mandamus omnibus Prioribus, seu Præsidentibus Conventuum, ut quoties licentiam alicui fratri notificaverint ad Curiam Regiam deveniendi, quam citius possint Procuratori Curie Generali, aut Priori Hospitij rescribant de die notificationis licentiæ, & exitus fratris à sui Conventu.

*Præceptum de non eun-  
do Monaste-  
ria Monia-  
lium.*

*Tertium.* Ne quis adeat Monasteria Monialium, nec Beatarum, neque aliarum mulierum in vnum congregatarum sub obedientia viventium, neque ad earum Ecclesias ad colloquendum cum ipsis, nisi de licentia Prioris pro qualibet vice; quæ licentia in alium diem translata non valeat, nec dari possit à Superioribus, nec Vicarijs, Prioribus in Oppido existentibus.

*Præceptum de non trac-  
tando de ele-  
ctione Pro-  
vincialium,  
aut Priorũ.*

*Quartum.* Ne quis fratrum huius nostræ Prouinciæ agat, nec tractet verbo, aut scripto, nec per se, nec per tertiam personam de electione Prouincialis futuri, donec notificentur litteræ conuocatorie. Nec frater aliquis huius Prouinciæ possit verbo, aut scripto, nec per se, nec per tertiam personam tractare, neque se intromittere in electionibus Prioris alterius Conuentus.

*Præceptum de non mittẽ  
do litteras si  
ne subscrip-  
tione propij  
nominis, &  
cognominis.*

*Quintum.* Propter maxima inconuenientia, quæ inde se-  
quuntur, sub eodem præcepto formaliter mandamus, nec non sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiæ, hac vna pro trina Canonica admonitione præmissa ipsos, & incurrẽda omnibus, & singulis tam viris, quam feminis, etiam tertij Ordinis nostræ obedientiæ subiectis, ne scribant per se, vel per tertiam personam quascumque litteras, seu memoriã, vel cuiuscumque alterius rationis, quomodolibet nominentur, siue ad suos Prælatos, siue ad subditos, siue ad Ecclesiasticam, siue ad Sæcularem personam virum, vel feminam, siue veri, ac propij nominis, ac cognominis quo communiter vsi, ac nominari solent subscriptione, vel quouis alio modo remittant. Teneanturque sub eadem pœna loci appositionem scribere.

*Sextum.* Ne quis repræsentationibus, siue cœnæijs inter sit, nisi in Capitulis Ecclesiarum, & in domibus Episcoporum, vel publicis Sanctorum solemnitatibus, quæ à populo fiunt. Et quod Prælati, seu Præsidentes Conuentuum comedias in domibus nostris fieri non permittant, etiam sponte oblatas. Et quod fratres, aut sorores eas, aut quolibet aliud repræsentationis genus non exercent, neque vlllo modo vestibus utantur secularium.

*Præcepta de non vido comedi.*

*Præcepta particularia ad speciales personas.*

**P**RÆCIPIMVS in virtute Spiritus Sãcti, & Sanctæ obedientiæ, & sub præcepto formali quinque sequentia.

*Fratres Depositati ad quid teneatur præcepto.*

*Primum* Quod Fratres Depositati in hac nostra Provincia, aut in Cõuẽtu aliquo (siue sint ex nostrâ, siue ex aliena Provincia) teneantur ad omnia præcepta Provincie, & Conuentuum, in quibus sunt Depositati; & pro his teneantur tot Missas celebrare, quot cæteri assignati, hebdomadam facere, & omnia officia exercere, ac si assignati essent.

*Præceptum de Reformatione studiorum.*

*Secundum.* Sub eodem formali præcepto mandamus omnibus Fratribus Conuentuum studiorum, ad quos quomodo libet pertinet studium, vt nullo modo omitantur Conclusiones, aut Conferentiæ in diebus lectiuis, neque hora consueta earum mutetur, neque in illis dentur recreationes, præter quã in Vigilia actus Maioris, & die subsequenti dumtaxat, & in octauis Natiuitatis Domini, Resurrectionis, Penthecosthes, & octauo die solemnitatis Corporis Christi, & in Recreationibus octo dierum consuetis ante Aduentum, & Quadagesimam, aut si forte occurrat hora Conclusionis, vel Conferentiæ specialis occupatio pro toto Conuentu. Et nomine *dierum lectiuorum* intelligimus eos in quibus (iuxta dispensandum inferius) PP. Lectores non tenentur Matutinis interesse, & qui à Populo ex præcepto non seruantur. Quod si aliqua die ab exercitio studiorum non vacauerint Fratres, poterunt PP. Priores, seu Conuentuum Præsidentes in Conclusionibus, & Conferentijs cum eis dispensare feria quinta talis hebdomada. Et obsecramus R. A. P. N. Provinciale, vt vul-

*in obsequio*

latenus alicui facultatem concedat in hoc præcepto dispensandi.

*Tertium.* Quod omnia, & singula quæ in visitationibus peculiaribus Conuentuum tam Fratrum, quam Sororù præcepta sunt sub formali præcepto, sub tali præcepto obseruentur. Districtè verò iniungimus, vt cætera quæ in prædictis Ordinationibus ordinantur inuiolabiliter obseruentur.

*Quartum.* Sub eodem præcepto præcipimus PP. Prioribus huius nostræ Prouinciæ, quod pœnitentiam ieiunij in pane, & aqua indispensabiliter imponat cuiuscunque fratri nominanti titulo Reuerentiæ, vel Paternitatis iuuenem, aut laicum; vel titulo Paternitatis quemcunque fratrem præter Magistròs, Præséntatos, Prædicatores Generales, Lectores Theologiæ, qui sextum annum suæ lecturæ expleuerint, eos qui tribus vicibus Prioratus officio functi fuerint, & Magistròs Nouitiorum, Conuentuum, quos R. A. P. N. Prouinciæ designauerit.

*Quintum.* Sub eodem formali præcepto mandamus omnibus Prioribus, atque Conuentuum Præsidentibus, vt bonorum cuiusvis fratris defuncti sextam partem (prout aliàs est ordinatum alijs in Capitulis) integram separèt, ac intra duos menses à fratris obitu mittant infallibiliter ad aliquem ex PP. Procuratoribus Generalibus Curie, aut Valli soleti, pro librorum ordinis impressione: & si quid hucusque in huius ordinationis obseruantia est omissum, sub eodem termino mittatur ad prædictos PP. Procuratores.

### Ordinationes.

**O**RDINAMVS quod aliàs præceptum est, vt bona fratrum defunctorum ante eorum distributionem à Priore, seu Præsidente, duobusque depositarijs, aut grauioribus Paribus fideliter in scriptis numerentur omnia, & singula vna tantum excepta veste, & enumerata in tres æquales partes diuidantur, quarum vna integre sit pro anima defuncti, & dispositio huius ad Conuentus per partes æquales spectabit, ad quos & defunctus pertinebat, siue ratione assignationis, siue filiationis, siue Prioratus. Præsidentem autem Conuentus, vbi frater defunctus est nullo modo disponat de parte ad alium Conuentum.

Quomodo distribuantur bona defunctorum.

109  
tentum pertinente, sed illam in ptopia specie seruet vsque  
dum ad sit noticia, & dispositio Prioris illius Conuentus ad  
quem illa pars attinet.

Item ordinamus, & mandamus sub poena quindecim die-  
rum in pane, & aqua (quã teneatur infligere Prælatus sub poe-  
na suspensionis ab officio) ne vllus pernoctet extra Conuen-  
tum in locis vbi Conuentum habemus.

Item ordinamus, & præcipimus ne Prior alicuius Con-  
uentus eligi possit in Priorem alterius Conuentus ante bien-  
nium sui Prioratus, & quod Supprieores, & Lectores non eli-  
gantur in Priores suorum Conuentuum, & quod cum Prior  
aliquis eligitur in Priorem alterius Conuentus discedere  
non possit Prior Conuentus ad quem eligitur.

Item ordinamus, & præcipimus omnibus Prioribus, &  
Præfidentibus Conuentuum, ne licentiam Fratribus conce-  
dant, itinerandi extra spacium quatuordecim leucarum, nec  
licentiam datam à R. A. P. N. Prouinciali prolongare possint  
nec detur de consilio PP. licentia nisi ob vrgentem cau-  
sam, & quando est difficilis recursus ad R. A. P. N. Prouincia-  
lem, quem obsecramus vt sit valde difficilis in concedendis  
licentijs; Fratribus studentibus, etiam tempore vacationum  
extra suos Conuentus exeundi.

Item ordinamus quod Confessores, & Procuratores Mo-  
nialium dicant tres Missas in qualibet septimana pro obliga-  
tionibus Conuentus; quas si Conuentus non habuerit, cele-  
brent pro intentione R. A. P. N. Prouincialis. Si autem Con-  
uentus prædictas obligationes habuerit, ad minus omnes Pro-  
curatores, & Confessores Monialium teneantur dicere vnã  
Missam in qualibet septimana pro intentione R. A. P. N. Pro-  
uincialis, ex ijs quæ personaliter ad eos pertinent; quã Mis-  
sam ex nunc pro tunc in foro conscientie in solidum appli-  
camus.

Item ordinamus ex decreto Eminentissimi Cardinalis  
Xavierre, quondam Magistri Generalis Ordinis, quod Soc-  
cius R. A. P. N. Prouincialis locum habeat immediatum vbi  
quæ post Præfentatos huius nostræ Prouincie.

Item ordinamus, vt in omni quinta Ecclia renouetur San-  
ctissimum Eucharistie Sacramentum coram toto Conuen-  
tu.

Item ordinamus Supprieoribus, vel Vicarijs in capite ele-

*De non per-  
noctando ex-  
tra Conuen-  
tum.*

*Quidebeant  
eligi in Prio-  
res.*

*De licentijs  
itinerandi.*

*Confessores,  
& Procura-  
tores Moni-  
alium dicere  
teneantur vnã  
Missam  
pro intentio-  
ne R. A. P.  
N. Prouin-  
cialis.*

*De loco Soc-  
cij.*

*De renoua-  
tione Eucha-  
ristie.*

*Lettera eli-*

*gendorū ubi  
sunt aperit.  
de.*

*De Mittendo  
de decreto  
lectionis.*

tionum sub pœna absolutionis ab officijs quod non aperiant litteras R. A. P. N. Prouincialis in quibus proponit eligendos, nisi coram toto Conuentu.

Item ordinamus, & præcipimus Supprioribus, & electio- num Præsidentibus sub pœna absolutionis à suis officijs, vt intra sex dies mittant decretum electionis ad R. A. P. N. Prouincialem pro confirmatione, non mittendo Fratrem, sed alia certa via. Et postquam confirmationem receperint intra sex alios dies illam remittant ad Priorem confirmatum, qui teneatur acceptare officium intra octo dies, postquam illam quomodocumque receperit, & intra alios octo dies discedere teneatur à Conuentu; quod si vtrumque nõ seruetur irrita sit, & nullius momenti confirmatio.

*Licentia, in  
stitutiones,  
assignatio-  
nes, quando  
sunt notifi-  
canda.*

Item ordinamus vt Institutiones, licentiæ, & assignatio- nes, quæ intra duos menses à die concessions notificatæ non fuerint, ipsa facta sint nullæ; nec notificentur nisi à Priore, seu Præsidente Conuentus, vel de eius licentiâ, nisi cum frater in via receperit assignationem. Præcipimus autem Prioribus, seu Præsidentibus Conuentuum ne sint negligentes in notifi- candis assignationibus, vel institutionibus fratrum, & vt hoc breuius executioni mandetur, teneantur Priores, seu Cõ- nentuum Præsidentes statim R. A. P. N. Prouincialem de no- tificatione, aut omissione assignationum siue institutionum admonere.

*De numero  
Missarū qua  
debēt recipi.*

Item ordinamus, & in meritum obedientiæ præcipimus, ne quis fratrum plusquam quinquaginta Missarum elemosy- nas recipiat, & de suorum licentiâ Prælatorum, qui pro ma- iori numero licentias non concedant nisi vrgenti graui, & reli- giosa causa, & tunc non vltra centum. Quidquid autem con- tra hanc ordinationem quis acceperit ex nũc pro tunc appli- camus communitati, etiam in foro conscientiæ, & iuxta vo- tum paupertatis.

*De abstinē-  
tia à carni-  
bus.*

Item ordinamus, & Prioribus, seu Conuentuum Præs- dentibus sub pœna absolutionis à suis officijs præcipimus, vt nulli esum carniam concedant nisi in die Dominica, Feria tertia, & quinta dumtaxat, cum aliquibus dispensetur, dimi- dia saltem parte Fratrum in Refectorio remanente. In cena nullus sit esus carniam, nec Prioribus conuiuia fiant, nisi vrgenti causa, & cum moderatione religiosa. In hospitio autem silentium inuiolabiliter obseruetur.

Item

Item ordinamus, quod cum in nostris Constitutionibus De scrutinio  
capite de nouitijs habeatur, Fratres semel in anno teneri om- semel in an.  
nia bona, quæ ad vsum habent suis manifestare Prælati, ne  
prædicta constitutio melius obseruetur, mandamus quod Prior no faciendo.

Item ordinamus vt deinceps nullus Frater, aut Soror huius De Oratio-  
ius nostræ Prouinciæ absit ab oratione, quæ in infallibiliter ha- ne habenda,  
beat post Matutinas à die Sanctæ Crucis, vsque ad Festum & Rosario  
Paschatis, & deinceps post Nonam more solito. Post Com- recitando.

pletorium verò vt singulis diebus loco orationis, consueta non omni  
omnes Fratres, & Sorores recitent alta voce, & deuotè per  
choros alternando tertiam Rosarij partem secundam ordinè  
Mysteriorum. Quam deuotionem Prædicatores in publicis De Deo  
concionibus, cæteri que Fratres in conuersationibus priuatis  
pro viribus augere conentur.

Item ordinamus, & sub pœna absolutionis à suis officijs De non dis-  
Prioribus, seu Præsidentibus Conuentuum mandamus, vt nò currèdo abs-  
permittant Fratres nostros absque socijs per oppida discurre. que socia.

Obsecramus R. A. P. N. Prouincialem, vt hanc ordinatio-  
nem faciat inuiolabiliter obseruari.  
Item ordinamus, quod Fratres ad audiendas Confessio- De exami-  
nes, & concionandum exponi non possint nisi in studijs gene- na Confesso-  
ralibus; inter quæ Pampilonensem Vniuersitatem volumus rum  
comprehendi; & non approbentur nisi saltem adsit vnus ex  
Theologiæ Lectoribus, solùm que per triennium; quo expleto  
iterum examinentur. Excipimus Lectores Artium, casuum  
que Conscientiæ expositos postquam sunt instituti, & eos qui  
per nouem annos licentias, seu expositiones habuerint. Qui-  
bus concedimus, vt post dictos nouem annos decursos, qui-  
bus gausi approbatione fuerint, queant simpliciter exponi.  
Obsecramus autem R. A. P. N. Prouincialem vt sit in hac or-  
dinatione dispensanda difficillimus. Et iniungimus omnibus  
Patribus Prioribus, vt intra mensẽ à notitia præsentium li-  
centias omnium Confessorum suorum Conuentuum exami-  
nent sub pœna absolutionis ab officijs.

Item ordinamus, quod Magistri Nouitiorum non noten- De Magis-  
trem ad hebdomadam, neque illam faciant, & quod habeant in- tris Noui-  
cum immediatam post Præsentatos huius nostræ Prouinciæ tiorum  
in

in domibus, in quibus R. A. P. N. Provinciali, & Prioribus  
 visum fuerit. Nullus autem deinceps fiat Magister Nouitio-  
 rum inconsulto R. A. P. N. Provinciali, qui de consilio Patrum,  
 Religione, & zelo præstantium omnes Magistros Nouitiorum  
 approbet assumendos. Et ex his omnes, qui dictum officium  
 per sex annos laudabiliter iuxta R. A. P. N. Provincialis iudi-  
 cium exercuerint, in perpetuum titulo Paternitatis gaudeant.  
 Obsecramusque R. A. P. N. Provinciale, ut eos qui idonee  
 huic officio inservierint ad graues Prælaturas promoveat,  
 iuxta cuiusque merita in executione dicti officij.

Item ordinamus, quod Supplices non exeant a Conuen-  
 tibus per oppida, Prioribus extra illos existentibus, quoadul-  
 que Priores ad Conuentus revertantur.

Item ordinamus ne fiant Depositarij depositi Conuentus  
 nisi de consilio, & assensu Conuentus in publico Capitulo, à  
 quo officio amoveri non possint nisi de consilio Patrum. Quod  
 si contingat Priorem, aut Præsidentem aliquem ex dictis as-  
 signare velle, teneatur manifestare prius R. A. P. N. Provin-  
 ciali assignandum fungi officio depositarij talis Conuen-  
 tus.

Item ordinamus, & mandamus Prioribus, seu Præsiden-  
 tibus Conuentuum sub pœna absolutionis à suis officijs in-  
 fallibiliter intelligenda, ut librum Procuratoris, seu commu-  
 nium expensarum Conuentuum apud se non retineant, aut in  
 eo conscribant manu propria per se ipsos officium Procura-  
 toris exercentes, sed alteri committant, nec ratiocinia faciant  
 nisi coram Depositarijs, vel alijs duobus Fratribus in eorum  
 absentia.

Item ordinamus omnibus huius nostræ Provinciæ Lec-  
 toribus, & Prædicatoribus, ut in maioribus Ecclesiæ solem-  
 nitatibus, in omnibus Festis Sanctissimæ Virginis MARIÆ,  
 Sanctorum Apostolorum, & Euangelistarum, & omnium  
 Sanctorum nostri Ordinis quatuorque Ecclesiæ Doctorum,  
 Matutinis, vtrisque Vesperis, Missæque maiori omnino in-  
 terfint, sicuti etiam Defunctorum officio, & processioni-  
 bus.

Item ordinamus, quod in præcipuis Conuentibus habe-  
 tur concio de Sanctis nostri Ordinis Dominica immediatè  
 sequenti, quando in Dominica ipsa Festiuitas Sancti non ve-  
 nerit.

Item

*Supplices  
 à domo non  
 exeant Prio-  
 re absentem.*

*De Deposi-  
 tarijs facien-  
 dis.*

*Priores nec  
 habeant, nec  
 scribant pro-  
 pria manu  
 Procurato-  
 ris librum.*

*Lectores, &  
 Prædicato-  
 res quando  
 Matutinis,  
 & Vesperis  
 debeant in-  
 teresse.*

*Quando de-  
 beat habe-  
 ri concio de  
 Sanctis nos-  
 tri Ordinis.*

*De exami-  
nandis*

Item ordinamus Prioribus Conuentuum studiorum, si-  
militerque Lectoribus strictè precipimus sub pœna priuatio-  
nis lecturæ, vt semel in anno circum circa Festum Ascensio-  
nis studentes rigoroſe examinent, matureque considerent eor-  
um ſufficiẽtiã, & de Prioris, ac Lectorum conſilio aliam  
ſufficiẽtẽ facultatẽ, aut reperant eandẽ, ſi in ea non fuerint  
ſufficiẽtẽ inſtrũj, & R. A. P. N. Prouincialem certiorẽ  
faciant decreto à prædictis ſubſcripto, de ſufficiẽtia quorum-  
cunquẽ, vt dignos promoueat, & amoueat in habitas. Lecto-  
resquẽ intra examen à Theologis anni illius Lecturas requir-  
rant, ſeuerequẽ Priores puniant negligentes.

*De  
ſufficiẽtia  
ſtudiorum*

*Cathedrati-  
ci Vniuerſi-  
tatum gau-  
deant priui-  
legijs.*

Item ordinamus quod Cathedralici Artium, & Sacræ  
Theologiæ Vniuerſitatum omnibus gaudeant priuilegijs, &  
exemptionibus, quibus gaudere ſolent Lectores huius noſtræ  
Prouinciæ.

*Fratres alie-  
næ Prouin-  
ciæ tantũ  
ſint depoſita-  
ti.*

Item ordinamus, vt nullus frater alienæ Prouinciæ ad  
noſtram ſtudiorum cauſã ueniens aſſignetur, ſed tantũ de-  
poſitatus permanebit. Vnde tenore præſentium ex nunc pro-  
tunc reuocamus omnes prædictos fratres, cuiuſcumquẽ ſint  
Prouinciæ ab huius noſtræ quibuslibet Conuentibus in qui-  
bus fuerint aſſignati. Interdum verò quamdiũ ſtudijs vacant  
ex nunc pro tunc tenore præſentium illos depoſitamus in præ-  
dictis Conuentibus, in quibus uſque modo erant aſſignati,  
qui penitus ſeruabunt leges depoſitorum ſuperius in his  
Actis ſancitas.

*De ſtudijs  
noſtris*

Item ordinamus, & declaramus quod Patres Magiſtri  
huius noſtræ Prouinciæ ſint Regentes ſtudiorum; & ubi plu-  
res ſunt Magiſtri antiquior eorum erit Regens: ipſo tamen  
abſente à Gymnaſio, Magiſter qui ſuccedit, & ſic omnes Ma-  
giſtri ſucceſſiuẽ iuxta ſuorum antiquitatẽ graduum.

*Qui ſint Re-  
gẽtes ſtudiorum.*

Item ordinamus quod Lectores Theologiæ alternatim  
materiam pure moralem perlegant, & ad quem de Moralibus  
agere illo anno attinet, à Feſto Sanctæ Crucis uſque ad Feſ-  
tum Sancti Lucæ Euangeliftæ aliquẽ tractatum de ſenſibus  
Sacræ Scripturæ, de Regulis eam exponendi, vel de alio quo-  
uis ad ipſius intelligentiam pertinente dicent, ſingulaquẽ  
Materias ſingulis annis plene abſoluant.

*De Lecturis  
& Lectori-  
bus Theolo-  
gia.*

Item ordinamus quod Vicarij, & Conſeſſores Monialiũ  
reddant in ſcriptis vulgari lingua ea omnia, & ſingula quæ  
ex his noſtris ordinationibus ad eas quomodolibet ſpectare

*De Conſeſ-  
ſoribus Mo-  
nialium.*

14  
possint, quæ Sorores legere teneantur coram omni communi-  
tate diebus quibus leguntur ordinationes Conuentuum. Vbi  
autem plures fuerint Confessores ad antiquiorem spectabit  
ea intimare.

*De ingressu  
Conuentuum  
Monialium*

Item ordinamus quod Confessores, & Procuratores Mo-  
nialium earum Monasteria non ingrediantur sine urgente cau-  
sa administrandi Sacramenta, nec sine licentia Vicarij talis  
Conuentus. Quod si non sit Vicarius simul ingrediantur duo  
fratres, etsi tantum sit vnus Priorissæ associetur, aut Supprio-  
rissæ, sub pœna absolutionis ab officijs earum. Et præcipimus  
strictè Priorissæ, & earum Vicarijs, vt inuigilent in obseruan-  
da clausura, ita vt nullo prætextu ingressum cuiusvis personæ  
permittant. Simulque iniungimus vt quaslibet litteras Apo-  
stolicas siue obertas hucusque, siue in posterum obtinendas à  
qualibet persona cuiuscumque sexus, vel qualitatis pro Mo-  
nasteriorum ingressu R. A. P. N. Provinciali mittant, declarâ-  
tes ipsum solum esse Prælatum proprium ad quem tales litte-  
ræ destinantur.

*De cellis.*

Item ordinamus, vt in Congregationibus, aut in Capitu-  
lis nostris pro quibuscumque fratribus nullatenus paramentis  
ornentur cameræ, sed vt decet Religiosos potius paupertatè,  
quam profanitatè redoleant.

*De lineis nõ  
utendis.*

Circa obseruantiam sacræ nostræ Constitutionis de lineis  
non vtendis seruetur exactè ordinatio Capituli Generalissi-  
mi proxime præcedentis, in qua dispensanda obsecramus R.  
A. P. N. Prouincialem, vt se difficillimum exhibeat.

*De consilij  
habendis.*

Item ordinamus, vt omninò seruetur ordinatio facta in  
Capitulo Generali Neapolitano Anno 1600. quæ habetur in  
Glossa nostrarum Constitutionum Distinction. 1. cap. 13. de  
Recipiendis litteræ A. fol. 40. pagina 1. columna 2. quæ delig-  
nat modum obseruandum in consilij habendis à Prioribus,  
Patribusque à consilij nostrorum Conuentuum, nimirum  
quod assignetur liber in quo scribantur ea quæ in eisdem de-  
creta fuerint, pro quo exercendo munere designetur ex eodem  
Conuentu aliquis frater in talium consiliorum secretarium,  
qui id munus præstabit iuxta modum in dicta ordinatione  
præscriptum.

*De Consilij  
habendis.*

Denique ordinamus, vt fratribus Sancti Patris Nostri  
Francisci in rebus omnibus Charitatis debitum persolu-  
ant.

mus, eos, videlicet ad Festa Sancti Patris Nostri Dominici non solum invitando, sed et Missam, & conceiorem offerendo, & ad ipsorum Sancti Patris Festum, etiam non invitati, eundo, abstinendo que in quacumque occasione a quavis iniuriosa contra ipsos collocacone, quantumvis provocati sumus.

*Admonitiones, & Observationes.*

**R**EGAMUS R. A. P. N. Provinciale, ut nullum ad Prioratum proponat, qui non possit sequi chorum, & communitatem tam die, quam nocte, & Refecturium in cibis ordinis, reliquas constitutiones observare; & obsecramus, ut nullum instituat Supprieorem, nec habilem existimet ad quodvis officium eum, qui regulariter lineis ad carnes utitur. Quod in suis visitationibus diligenter inquirat, & puniat seuerissime.

*Qui sint eligendi in Prioribus, & Supprieores.*

Item admonemus ut Prieores, & Praesidentes Conventuum maximè observare faciant sacras nostras Constitutiones, & caeremonias, & diuinum cultum nimis collapsum reparent, precipue que silentium, advertendo quod temporibus silentij in cellis ipsorum non admittant conversaciones, aut colloquia, nisi quantum necesse sit ut fratres sua negotia cum Prelatis tractent.

*De obseruatia Constitutionum.*

